## 28 Condanna degli spettacoli

Secondo l'apologeta cristiano Tertulliano (II-III sec.), nel divertimento degli spettacoli si nascondono il peccato e la tentazione. Infatti, gli angeli che osservano dal cielo condannano gli uomini che assistono agli spettacoli.

Odisse debemus istos conventus et coetus ethnicorum, vel quod illic nomen dei blasphematur, illic in nos quotidiani leones expostulantur, inde persecutiones decernuntur, inde temptationes emittuntur. Quid facies in illo suffragiorum impiorum aestuario reprehensus? Non quasi aliquid illic pati possis ab hominibus (nemo te cognoscit Christianum), sed recogita, quid de te fiat in caelo. Dubitas illo enim momento, quo diabolus in ecclesia furit, omnes angelos prospicere de caelo et singulos denotare, quis blasphemiam dixerit, quis audierit, quis linguam, quis aures diabolo adversus deum ministraverit? Non ergo fugies sedilia hostium Christi, illam cathedram pestilentiarum ipsumque aerem qui desuper incubat scelestis vocibus conspurcatum? Sint dulcia licebit et grata et simplicia, etiam honesta quaedam. Nemo venenum temperat felle et elleboro, sed conditis pulmentis et bene saporatis, et plurimum dulcibus id mali inicit. Ita et diabolus letale quod conficit rebus dei gratissimis et acceptissimis imbuit.

(Tertulliano, *De spectaculis*)

**PER IL RIPASSO**

1. Le proposizioni causali evidenziate sono fra loro coordinate e introdotte da *quod*. Quali altre congiunzioni introducono questo tipo di proposizione?
2. Le causali possono essere espresse sia al modo indicativo sia al modo congiuntivo. Che cosa differenzia le due tipologie di proposizioni causali?
3. Le causali all'indicativo seguono la *consecutio temporum*? E quelle al congiuntivo?
4. Che funzione hanno *quippe, utpote, praesertim* nelle proposizioni causali introdotte da *cum* e il congiuntivo?




La riproduzione di questa pagina tramite fotocopia è autorizzata ai soli fini dell'utilizzo nell'attività didattica degli alunni delle classi che hanno adottato il testo